laudato loco, ubi एतादृशाः *tales* excipitur a conjunctione यत्, quo gravissima etsi a Lassenio non considerata constructionis differentia efficitur. Cum in sententiis correlativis altera vox correlativa alterius quasi exhibeat imaginem, ex qua respondentis vocis natura et indoles intelligi potest: notatu est dignum, pronomen एतावत् a mero relativo यत् excipi, sicut तावत् tantus, tot, a यावत्, et तादृश *talis* a यादृश. Ubi in sententia simplici positum est एतावत्, nonnunquam sine sensus detrimento reddi potest per *talis*, vel etiam, si eo monstrata res vel persona eximiâ est quantitate vel magnitudine, per *tantus, tot*. Ita latinum *qualis* saepe eodem jure ponitur ac *qui*, et Sanscritum तत् interdum etiam valet *talem*. — Schlegelius naturam hujus pronominis parum intelligit, quippe qui neutralem Accusativum, adjective positum, cum adverbio एतावत् confundens, in annotatione ad Bhag. XVI. 24. verba poëtae nostri reddat per „Hactenus quidem, o Divi! sicut evenit, a me plene narratum est". Persistit vir doctissimus pertinaciter in absurda hac opinione, quam in annot. ad Hitop. (ed. Bonn. Vol. 2. p. 21.) defendere periclitatur, affirmans एतावत् in एतावद् उक्त्वा, aliisque ejusmodi locutionibus, indicare terminum, ad quem progressus sit

sermo, ac reddi debere per *hactenus*. Quod si ita esset, in Devim. l. c. एतावत् terminum indicaret, quo Vischnus vel electio ipsius, in gratia ab ambobus Asuris eligenda, sit profectus. Potius Lassenio assenserim, qui एतावत् in hujusmodi locutionibus sensu adjectivo recte accipiens, sibi persuadet, vocabulum hoc ibi valere: tantum dictum esse, quantum praecedente sermone contineatur, quod, quantum differat a तत्, mirum esse dicere. Quid miri? si quidem latine ,,hoc dixit'' id valet, aliquem tantum et tale dictum habere, quantum qualeque antecedente sermone dixit. Sanscrite tamen rarius dicitur तद् उक्त्वा, quam एतद् उक्त्वा, vel एतावद् उक्त्वा, quia, quod primus Rückertus ingeniose observavit, एतावत् proprie ad rem narratam, sicut इदम् ad rem narrandam refertur, qua in re एतावत् cum primitivo suo एतत् convenit. — Ceterum miror Schlegelii et Lassenii etymologiam, qui ambo, et spero soli, एतावत् ex ए et तावत् compositum esse dicunt. ,,A तावत् formatur एतावत् sicuti एतत् a तत्, eadem plane ratione, eodemque sensus discrimine''. Sic confidenter Schlegelius alte scilicet sonantibus verbis, a veritate tamen valde alienis, nisi forte Romanorum *istic, istinc, isto, istoc* formantur a *tic, tinc, to, toc,*

sicuti iste revera duobus ex pronominibus est compositum, ex *is* et *te*, quorum posterius, etsi simplex usu non est conservatum, origine tamen idem est ac Graecum τό (ὁ), et Sanscritum त (स); adverbiaque reliquit, *tum*, *tunc*, *tam*, et derivata, *talis*, *tot*, *totus*, *tantus*, *toties*. Ab *iste* deducuntur *istic*, *istinc*, etc. et, si velis, omnes obliqui casus. In Sanscrito autem ab एत descendit एतावत्, sicut तावत् a त et यावत् a य. — Etiam adverbium एतावत् meras demonstrativas habet significationes, mensurae notione, quae adverbio तावत् inhaeret, nunquam adjectâ: 1) *tam* e. c. एतावद् ह्रस्म् tam *longe* (Hit. ed. Bonn. p. 27.), quod तावत् per se solum indicare potest, sicut यावत् in Sav. V. 19. *quam longe* significat; 2) tamen (*malgré cela*); non satis confirmata vero haec est significatio, quia L. XI. 8. adverbium एतावत् apte per *nunc* reddi potest, et insuper lectiones variant. Male igitur sibi consuluit Schlegelius, cum ex eo, quem Amarasinhus adverbio तावत् (*tam diu* etc. nunquam simpliciter *tam*) praebet sensum, vocis एतावत् quaesivit illustrationem. Conatur, in fine annotionis suae, sanscritis, nisi *pracrita* sunt, verbis contumeliam dicere vir eloquentissimus, iracundior quam doctior; non melius enim declinat vocem एतावत् quam ejus originem vim et

usum intelligit. Primam et tritissimam declinationem ante oculos habuisse videtur, cujus formam अयोस् (*ay-ós*) contra linguae naturam in अ-योस् dissolverit clar. vir, ita ut योस् sit terminatio, quae, cum एतावत् conjuncta, formaret एतावत्योस्. — मूर्खो ऽपि शोभते तावत् (non एतावत्) सभायां वस्त्रवेष्टितः। तावच्च शोभते मूर्खो यावत् किञ्चिन् न भाषते॥

LIBER QUINTUS.

Sl. 1. *b.* Casus locativus non ubique commorationem in loco, sed motionem versus locum non raro exprimit. Cf. L. XIII. 9, 25, etc.

Sl. 5. *b.* शोभन्ते cum praecedente verbo दृश्यन्ते sensum praeteritum a particula स्म accipit.

Sl. 7. *a.* Urbs serpentum in tartaro.

Sl. 12. *a.* Semisôlcus hic melius vel antecedenti slôco annumeretur, vel per se solum constituat slôcum, ita ut sequentes versus, sicuti sensu cohaerent, ita sint disponendi: सा चिन्तयन्ती बुद्ध्या 'थ तर्कयामास भाविनीं। कथं हि देवान् ज्ञानीयाङ् कथं विद्यान् नलन् नृपम्॥ एवं सञ्चिन्तयन्ती सा वैदर्भी भृशदुःखिता। श्रुतानि देवलिङ्गानि तर्कयामास भारत॥ देवानां यानि लिङ्गानि स्थविरेभ्यः श्रुतानि मे। तानी 'ह तिष्ठताम् भूमाव् एकस्या 'पि न लक्षये॥ सा विनिश्चित्य बहुधा विचार्य च पुनः पुनः। शरणम् प्रति देवानाम् प्राप्तकालम्

अमन्यत ॥ वाचा च मनसा चै 'व नमस्कारम् प्रयुज्य च।
देवेभ्यः प्राञ्जलिर् भूत्वा वेपमाने 'दम् अब्रवीत् ॥

Sl. 24. *a*. Apud Tschat. deest.

Sl. 24. *b*. Tschat. समस्तं pro सामर्थ्यं.

Sl. 25. *b*. क्षपितस्वग्रहोहीनान्। v. Gramm. *r*. 662.

Sl. 32. *b*. एवन् ते। Sic Par. et ambo Tschaturbudschi scholiis instructi codices, pro Nîlacanthi lectione एतत् ते, quam in priori editione secutus sum. Sequitur in Par. वचने स्थितम्, apud Nil. वचने रतम्; ex utraque lectione orta esse videtur tertia, codicis C. a. वचचनेरितम्, manifesto falsa. Composita enim esset ex वचन et ईरित, quod, si *sermone declaratum* significare posset, non malum praeberet sensum. Sed verbum ईरामि proprie valet *mitto* et tam simplex quam cum उत् compositum, id quod omnibus notum est, saepe construitur cum Accusativo vocum, quae *sermonem, vocem, sonum* significant; sic supra, sl. 30. legitur ईरितः शब्दः; vix tamen invenies ईरितं vel ईरितं शब्देन *emittere* vel *emissum voce;* वचनेरितम् igitur *tatpuruschicum* compositum (v. *r*. 672.) cognoscere nequeo. Lectione एतत् ते वचने रतम् servatâ, एतत् sensu *nunc* optime esset accipiendum: ,,Ideo me scito conjugem nunc, tuo sermoni addictum", vel commate aliter posito, ,,conjungem tuum, sermoni (tuo) addic-

tum''. — In Pu. legitur वचनेरिव, quod ad वचनैरिव tendit.

Sl. 36. Faustum, nullâ re impeditum gressum aliasque a Diis sibi datas gratias nonnullas Nalus experitur L. XXIII. sl. 9. sq.

Sl. 37. *b.* आत्मप्रभाँल्लोकान् sui (mundorum) ipsius splendorem *habentes* mundos, nisi, quod in prioris editionis versione feci, vocem आत्मन् ad Agnem referre malueris, ita ut mundos per deum Agnem splendentes intelligas. Explicat tamen Tschat. hoc adjectivum per स्वयम्प्रभान् (v. Gloss.). Etiam in alio Mahâ-Bhârati episodio (Indr. I. 37.) लोकान् आत्मप्रभान् a Nil. illustratur per आत्मना सूर्यादिवत् प्रभान्ति तान् आत्मप्रभान् ,,per se ipsos sicut sol et cetera *lumina* splendent, hos sui ipsius splendorem-habentes *animantes*''. Nostro loco autem लोकाः non sunt *animantes* sed *mundi*, sicut in episodio Sund. IV. 22., ubi Apsarasis Tilôttama mundos splendidos, pulchros exposcit a Brahmane, qui ipsi (Sl. 24.) satisfecit, concedens potestatem mundos a sole permeatos (आदित्य चरिताँल् लोकान्) peragrandi. Apud Manuem L. VI. sl. 39. legitur: तस्य तेजोमया लोका भवन्ति ब्रह्मवादिनः ,,huic splendidi mundi sunt Vedos-enuntianti''. Plura de hoc in annot. ad Indr. I. 37.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0230

Sl. 45. *a*, *Asvamédha* equi sacrificium est. Nâhuschus patronymicum e Nahuscha, Yayâtis regis patre.

LIBER SEXTUS.

Sl. 1. *b*. *Dvâpara* et *Cali* sunt nomina tertiae et quartae mundi aetatis, et Daemones harum aetatum.

Sl. 4. *a*. निवृत्तो व्यतीतः। Sic Tschat. schol.

Sl. 9. *a*. Ita in Mahâbhârati libro हिडिम्बवध inscripto, quinque Pândavi, cum quibus mater Cuntîa, मातृषष्ठाः appellantur. Vid. Gramm. *r*. 666.

LIBER SEPTIMUS.

Sl. 2. *a*. अन्तरप्रेप्सुः छिद्रानुसारी। Sic Tschat. schol.

Sl. 3. *a*. अन्वास्त उपासितवान्। सो ऽस्ते स्मे 'ति पाठे स उपास्ते स्मे 'त्य् अर्थः। आर्षः सन्धिः। Sic Nil.

Sl. 5. *a*. Oblitus sum in versione accusativum Nalum. Pro हि Tschat. male legit स.

Sl. 5. *b*. Rosenius mihi proponit interpretationem „Nischadhos adipiscere (tanquam) regnum, vincendo Nalum regem", quod maxime mihi arridet; puto tamen etiam in textu levem emendationem necessariam, quâ जित्वा et राज्यम् locum suum commutent: निषधान् प्रतिपद्यस्व राज्यञ् जित्वा नलम् नृपम्।

Sl. 6. *b*. Secundum Nil. vocibus गवाम् et वृषो tropice poëta utitur, priori talos, alterâ eximium talum desig-

nante. Ita quoque in sequente *slóco* वृषेण per अक्षमुख्येन explicat. Voces कलिश्चै 'व Schlegelius apte proponit mutare in द्वापरश्च, quia in antecedente Libro, sl. 15. *b*. Calis dixit Dvâparo: „Tu vero talos ingressus facere auxilium velis".

Sl. 17. *b*. ना 'यम् अस्ति नष्टो ऽस्ति। Sic Nil.; नष्टो ऽप्ययम्। Sic Tschat. explicat.

LIBER OCTAVUS.

Sl. 3. *a*. तस्य पापम् अनिष्टम्। Sic Tschat. schol.

Sl. 4. *a*. अतियशास्। Sic Tschat.; reliqui omnes अतियशान् (-म्) exhibent, posito अतियश pro अतियशस् sicut L. XVI. 14. शुष्कस्रोत pro शुष्कस्रोतस्.

Sl. 5. *a*. आनाय्य proprie „postquam adducere feceris".

Sl. 11. *b*. Codicem Par. hic secuti sumus; in aliis legitur: वार्ष्णेयम् आनयामास, quod cum sequente casu instrumentali minus congruit.

Sl. 12. *a*. Nominativus mascul. participii praesentis nonnunquam adverbialiter ponitur, ita ut generis et numeri substantivi, ad quod pertinet, ratio non habeatur. Sic heic सान्त्वयन् pro सान्त्वयन्ती et L. XIX. 24. *b*. मोहयन्न् इव pro मोहयन्त इव. Aliquid simile habet haec locutio cum gallicae constructione participii praesentis cum praepositione *en* conjuncti (*en consolant, en confondant*). Respicia-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0232

tur etiam germanicorum adjectivorum adverbialis usus (*er ist groſs: sie sprach schmeichelnd*).

Sl. 17. *a*. न दोषो ऽस्ति नैषधस्य किन्तु दैवस्य । Sic Tschat. schol.

Sl. 18. *b*. Nil. explicat: विनशेत् विनश्येत् नल इति शेषः ॥

Sl. 19. *b*. Urbs Vidarbhorum.

Sl. 21. *b*. मुख्यशः मुख्येषु ॥ Sic Nil. scholiastes. I. e. Adverbium मुख्यशः heic ad substantivum नलामात्येषु, non ad verbum est referendum. Vid. Gramm. *r*. 652.

Sl. 22. *b*. वाहिना रथेन । Sic Tschat. schol.; अश्वरथेन । Sic Nil. schol.

Sl. 23. *a*. Tschat. स विन्यस्य pro विनिक्षिप्य.

LIBER NONUS.

Sl. 2. *b*. प्रतिपाणः पणनीयन् द्रव्यम् । Sic Nil. schol.

Sl. 6. *a*. असंवीतो ऽनुत्तरीयः । Sic Tschat. schol.

Sl. 8. *a*. Tschat. महाभाग.

Sl. 15. *a*. Contra consuetum usum pronomen एतत् heic pro इदम् ad verba dicenda refertur, cf. p. 208.

Sl. 15. *b*. दिग्वाससम् अवाससम् । Sic Tschat. schol.

Sl. 18. *b*. प्राणयात्राम् प्राणधारणोपायम् । Sic Tschat. schol.

Sl. 19. *b*. Sic Tschat.; reliqui: वासो भीरु हरन्ति मे ।

Sl. 21. *b*. Miror similitudinem quâ Romanorum Aventinum et mons noster *Avantî* inter se conveninnt; notetur etiam analogia, jam alibi a me exposita, inter

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0233

montem et Sanscritum हिमवन्तम्; nam, abjectâ syllabâ हि, *montem* vox ad मवन्तम् eandem offert rationem, ac *malo, nolo, amasti* ad *mavolo, nevolo, amavisti;* vel *tantum* ad sanscritum Accusativum तावन्तम्. Sanscritum suffixum वत् (वन्त्), in Latino *tantus, quantus* adjectâ vocali secundae declinationis est auctum, ita ut *tantus* aut *tantum* pro *tans, tantem, quantus, quantum* pro *quans, quantem* dicatur, sicut in Sanscrito भवन्त *tempus praesens,* quod a भू *esse* suffixo *unâdico* अन्त descendere dicitur, proprie venit a भवन्त् (formâ forti et primitivâ partic. praes.) adjecto अ. Altera forma, quâ suffixum वन्त् Romani conservarunt, est *lent* (Nom. *lens* ut opulens), semivocalibus l et v commutatis. Ex *lent* autem ortum est lentus (opulentus) eâdem ratione quâ tantu-s ex tant. Quartam denique formam suffixi वत् video in vit, si, quod equidem puto, *dives, divit-is* cum Sanscrito धनवत् *divitiis praeditus* cohaeret, ita ut syllaba *na* heic sit absorpta, sicut *va* in *ta(va)ntus.* Apud Graecos suffixum, de quo heic agitur, sonat εντ, ex Fεντ, ut δακρυόεις, δακρυόεντ-ος.

Sl. 26. *a.* उद्वेपते. Sic Tschat. et Par. pro उद्विजते, quo lex sextae classis, ad quam विज् pertinet, violatur.

Sl. 31. *a.* Proprie, ,,relinquendi-cupiditatem *habens*". Cum

nominum compositorum membra initialia casuum terminationes abjiciant, infinitivi quoque म् finale, quod accusativum designat, abjiciatur necesse est.

Sl. 31. *b.* Tschat. प्रजह्याम् (v. Gramm. *r.* 370.) pro त्यजेयम्.

Sl. 36. Nil. explicat: यद्यपि पूजयिष्यति तथा 'पि त्वं सुखन् नो वत्स्यसि वासङ्ग करिष्यसि श्वश्रुरगृहवासस्य नीचतावहत्वात् ॥ ,,Si etiam honorabit, tamen tu laete non habitabis (non habitationem facies), in soceri-domo-habitantis propter humilitatis adductionem;" i. e. propter dedecus in soceri domo habitandi. Haec interpretatio absurda mihi videtur, quia conjugi, id quod sensus clare indicat, Damayantia persuadere vult, ut cum ipsa Cundinum petat, ibique in Bhîmi regis domo habitet.

LIBER DECIMUS.

Sl. 4. *a.* Veste privato conjugi propriae vestis dimidium Damayantiam dedisse poëta heic supponit.

Sl. 6. *a.* Tschat. pro विकटो exhibet विकचो quod per मुक्तकेशः explicat. कट quo compositum nostrum terminatur, a Nil. explicatur per तृणासनम्.

Sl. 8. *b.* आत्मन् hic eundem in modum usurpatum videtur sicut saepe derivativum आत्मिक (vid. Glossar. sub voce आत्मन्), ita ut compositum nostrum proprie significet «moestitiâ quassi animi naturam habens.»

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0235

Sl. 14. *a.* Quia infinitivus Sanscritus passivum non habet, adjuncto verbo auxiliari vel participio sensus passivus indicatur. Saepissime infinitivus cum verbo vel participio passivo radicis शक् *posse* (v. Gloss.) invenitur. Notetur etiam constructio cum adjectivo अर्ह *dignus, merens,* quod accusativum regit, quam ob rem Infinitivus eodem jure ei apponitur, quo Supinum in *u* Latino *dignus.* Ita Sav. V. 15. ना 'र्हो मत्पुरुषैर् नेतुम् ,,non merens qui a meis famulis abducatur''.

Sl. 17. *a.* Scriptura विकर्तेयन्, quâ grammaticae offenditur lex, mihi ex duabus diversis lectionibus orta esse videtur, ex विकृन्तेयन् et विकर्षेयन्, ita ut ex priori त् littera, ex altera Guna sit conservata. Variantem tamen lectionem in codicibus me invenire non memini.

Sl. 17. *b.* Tschat. vocem सभा per गृह explicat.

Sl. 21. *a.* Sensus praeteriti praecedente पुरा indicatur, quod saepe tempus praesens post se habet.

Sl. 24. *a.* Adityi, Vasavi (a *Vasu*), Rudri et Maruti geniorum ordines sunt, quorum definitum quivis numerum amplectitur. Vide Moor, *Hindu Pantheon.*

LIBER UNDECIMUS.

Sl. 4. *b.* Contra eam, quam in priori editione dedi inter-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0236

pretationem («quomodo, quod dixisti, ita verum, dormientem cum reliquisti in sylva») तथा सत्यं esse Nali verba a Damayantia in memoriam revocata nunc mihi persuadeo, quia उक्ता absolute positum esse nequit, sine ulla dicti commemoratione. Intendit, ut mihi videtur, Damayantia ad Nali verba "एवम् एतद् यथा "त्थ त्वम्", quae idem valent ac तथा सत्यम्. Aliter sentit Nil., qui उक्तान् pro उक्ता legisse videtur; sunt nempe ejus verba: तथा सत्यं यत् स्वयंवरे उक्तान् "त्वा न त्यक्ष्यामी" 'ति। — Lectionem उक्तान् tamen in nullo inveni codice; sed C. a. exhibet उक्ता, omnes reliqui उक्ता. In fine hujus semislôci C. a. exhibet ताङ् गतः pro माङ् गतः, in quo reliqui consentiunt codices, praeter eos, qui Nîlacanthi instructi sunt scholiis, quorum lectionem कानने in priori secutus sum editione.

Sl. 5. *a.* Ambo Tschat. scholiis instructi codices exhibent गन्तास्मि pro गन्तासि, et वश्याम् pro दत्ताम्.

Sl. 5. *b.* Versus idem in libro हिदिम्बवध inscripto legitur; etiam in multis aliis Mahâbhârati locis haec locutio occurrit.

Sl. 6. *a.* सत्याः, sic Tschat.; reliqui सम्यक्.

Sl. 6. *b.* Tschat. pro तेषां exhibet त्वया, quam meliorem lectionem in textum recipere oblitus eram.

Sl. 8. *a.* Tschat. pro एतावत् exhibet एतावान्, quod for-

tasse praeferendum sit, si पर्याप्त, sicut Rosenius putat, h. l. significat *sufficientem*. Tum vertendum est, «*jam* sufficiens (satis) est jocus hic iste, hominum princeps! timens (enim) ego» etc. Pronomen अयम् igitur cum एतावान् esset constructum, eodem modo ut saepe cum स (v. तत् in Gloss.). Si retines एतावत्, una cum significatione *sufficiens* vocis पर्याप्त, illi adverbio etiam h. l. sensus *nunc* vindicari possit: «sufficiens est jocus hic nunc; *nun ists genug mit diesem Scherz.*» (cf. adv. एतत्).

Sl. 10. *a*. Tschat. एवङ् pro एव.

Sl. 10. *b*. Tschat. समालिङ्ग्य pro समागम्य.

Sl. 11. *b*. शोचिमि शोचामि. Sic Nil. explicat, Tschat. exhibet शेदिमि, in quod etiam Schlegelius incidit; dubito tamen de transitivo usu verbi शेदिमि.

Sl. 20. *a*. Radix वाश्, quartae classi a grammaticis adscripta, heic ad normam primae est formata. Schlegelius वाश्यतीम् legere proponit.

Sl. 24. Schlegelii secutus sum emendationem in ejiciendo versu, quem codices inter कथम् भविष्यति etc. et शापान् मुक्ताः inserunt, huncce: कथम् भवान् जगामाद्य माम् उत्सृज्य वने प्रभो । quo sensus et apta slôcorum dispositio pariter perturbantur.

Sl. 24. *b*. बुद्धिलाभाद् ऊर्ध्वम् मां विना कथम् भविष्यसि कथञ् जीविष्यसि ॥ Sic Nil.

Sl. 28. Rosenio libenter assentio qui putat, adverbium मुखत: heic apte reddi posse per *inde ab ore*, quam significationem etiam Wilsonus huic voci tribuit. विश्रस्य fortasse non ad sequentem slôcum est trahendum, sed in parenthesi ponendum, sicut saepe istud gerundium. Vertendum esset igitur: «Inde ab ore perforavit sagittâ acutâ non renitentem serpentem illum, occidens.»

Sl. 34. *b*. भाविनी, ubi ad feminam celebrandam usurpatur, non venit a radice भू *esse*, tanquam fem. vocis भाविन् *existens*, sed a भा splendor, suffixo विन्, in fem. विनी; inde proprie significat *splendidam*. Ita etiam भवत् *excellens* non est participium praesentis, sed manifesto est pro भावत् *splendore praeditus*, correptâ vocali आ. Male explicavi originem utriusque vocis in Glossario. Etiam Wilsonus भाविनी perperam deducit a भू *esse* et, sicut Colebrookius, reddit per «*a wanton woman*». Melius vocem भवत् explicat vir clarissimus, cui tamen non assenserim in deducendo hoc vocabulo a radice ipsa भा *splendere* auxilio suffixi unâdici (v. Gramm. p. 646.).

LIBER DUODECIMUS.

Sl. 2. *a*. द्वीपी चित्रव्याघ्र: । Sic Tschat. schol.

Sl. 11. *b.* अविभ्यत् । v. in Gloss. भी et Gramm. *r.* 421.

Sl. 20. *a.* Tschat. et Par. कर्षयत्य् pro भक्षयत्य्. — व्याक्त ex वि et आक्त, quod a radice अद् descendere male suspicatus sum in Glossario. Genuinam etymologiam mihi proponit Rückertus, qui a radice दा praefixo आ (आदा tollere, abripere) recte hanc formam deducit. Radix दा simplex in partic. pass. format दत्त, quam anomaliam explicavi in gramm. *r.* 608. Ubi tamen cum आ componitur, syllaba reduplicativa, quam दत्त (द-त्त) continet, abjicitur; inde fit आ-त्त pro आ-दात, abjecto आ radicali, sicut in omnibus hujus radicis formis non auctis (v. *r.* 608.). आत्त nonnisi in initio compositorum invenitur et per *taken* recte vertitur a Wilsono, etsi ille originem vocis non exhibet, nisi sub प्रत्त (प्र-त्त) *datus*.

Sl. 20. *b.* Scilicet tigris.

Sl. 25. Par. माम् इहै 'काकिनीं सतीम् । स्वपत्नीम् अभिभाषन्तीङ् pro अहम् etc.

Sl. 29. *a.* सङ्गत्या यदृच्छया । Sic Tschat. schol.

Sl. 35. *b.* माङ् खादय, sic Nil.; reliqui माम् अदस्व.

Sl. 36. *b.* Codicem Par. cui codex J. Bengalicis litteris consentit, hic secuti sumus. In reliquis pro यात्य् एताम् legitur यामिमाम्, quod sententiâ caret. Codex H. यामी 'माम् exhibet, quod etiam in codice C. fuisse et in यामिमाम् mutatum videtur.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0240

Sl. 38. *b*. केतुभूतन् ध्वजरूपम्। Sic Tschat.

Sl. 44. *a*. Lege राज्ञा विदर्भाधिपतिः, quod ex Par. in textum recipere neglexi; Nil. legit विदर्भराज्ञाधिपतिः verbum male compositum; non apte vero dissolvi potest in विदर्भराज्ञा 'धिपतिः, quia pro राजन् *rex* in fine compositorum semper राज vel राज् dicitur.

Sl. 48. *b*. E गृहीत *captus* et नामन् *nomen*; compositum hoc *bah. celebrem* significare videtur.

Sl. 56. *b*. सत्यसन्ध a Tschat. explicatur per सत्या सन्धा प्रतिज्ञास्थितिश् वा यस्य.

Sl. 58. *b*. विस्पष्टां, sic Nil.; reliqui कतिथां.

Sl. 59. *a*. Pro ऋद्धीम् in cod. Par. legitur मद्धीम्, quod praeferendum.

Sl. 59. *b*. Errore scripsi माज् च pro च मान्, de quo codices inter se consentiunt, praeter eos qui Nil. scholiis instructi sunt, quippe qui pluralem आश्वासयत exhibeant. Falsam istam lectionem schol. perridicule excusat verbis hisce: आश्वासयते 'ति बहुत्वं वक्तुर् वैलक्षण्यान् न दोषावहम्.

Sl. 65. Nilacanthum secutus sum; apud Tschat. legitur: सा दृष्ट्वै 'वा "श्रमपदञ् चारुमृगनिषेवितम्। शाखामृगगणैश् चै 'व तापसैश् च समन्वितम्॥ In Par. pro चारु legitur नाना, ceterum convenit cum Tschat.

Sl. 66. *b*. स्वसितायतलोचना, sic Nil.; reliqui स्वञ्चितोग्यतगामिनी.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0241

Sl. 101. *b.* *Aśóca* expertem moeroris significat, quam ob rem arbor haec *Vítaśóca* quoque, cui eadem significatio est, appellatur.

Sl. 107. *b.* अशोकः शोकनाशनः, sic Nil.; apud Tschat. legitur: मम शोकविनाशनात्, quocum Par. consentit, excepto विनाशनात्, quod ibi corruptum in विनाशन.

Sl. 108. *a.* परिगम्य दक्षिणीकृत्य। Sic Tschat. schol.

Sl. 112. *a.* Rosenius pro उत्तरन्तन् legere proponit उत्तरन्तन् *transgredientem*, quod in textum erit recipiendum, si उत्तरम् tanquam praepositio cum significatione *ultra* aliis locis confirmari nequit.

Sl. 115. *b.* Nilacantho non assentio, qui पांशुध्वस्तशिरोरुह explicat per पांशुयुक्ताः ध्वस्ता मुक्तबन्धाश् च शिरोरुहाः केशा यस्याः ॥ V. Gloss. ध्वंस्.

Sl. 120. *a.* Tschat. पन्नगी pro राक्षसी.

Sl. 123. *b.* Nil. secutus sum, reliqui codd. accusativum exhibent: युवस्थविरबालांश् च सार्थस्य च पुरोगमान्, quod praetulerim, si in antecedente versu ज्ञनान् legeris pro ज्ञना, de qua lectione tamen omnes consentiunt codices, Tschat. scribit: ज्ञना वा ये ऽत्र। Par. pro युव separatum यून: offert.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Sl. 2. *b.* पद्मसौगन्धिकम् पद्मैः सुरभीकृतम्। सौगन्धिकैश् च युतं वा। Sic Tschat.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0242

Sl. 5. *b.* पश्चिमां वेलां सन्ध्यां सरस्तीरभुवं वा। Sic Nil. schol.— पश्चिमां सायाह्नलक्षणां वेलां समयम्। Sic Tschat. schol.

Sl. 7. Apud Tschat. et in cod. Par. prius hujus slôci dimidium cum sl. 10. *b.* est conjunctum; versus, quos Nil. quem secutus sum, inserit, desunt.

Sl. 11. *a.* स तम्। In hac lectione cod. Par. cum Nil. convenit, quanquam यूथ, ad quod स refertur, generis neut. est. In Pu. legitur सुप्तम्, quae tautologia est, quum jam antecedente linea संसुप्तम् contineatur. Dubium est utrum चेष्टमानम् an 'चेष्टमानम् sit scribendum, i. e. utrum non renitentem an renitentem vel luctantem comitatum contriverit elephantorum grex. Cf. XI. 28. निर्विचेष्टम्. — Tschat. legit sine negatione चेष्टमानम् quod per लुठन्तम् *se volventem*, explicat.

Sl. 15. Nîlacanthum secutus sum, apud Tschat., et in utroque bengalicis litteris scripto codice, prius hujus slôci dimidium deest et posterius cum sl. 35. *b.* est conjunctum, desuntque intermedii versus. Pro राजन् विनिहतं ibi legitur तथा तन् निहतं।

Sl. 21. *a.* संसक्तावदनाश्वासा। In prioris editionis versione divisi, संसक्तावद् अनाश्वासा, vertens, «confestim expers-solatio», quod etiam nunc praetulerim, si a संसक्त *propinquus* adjecto वत् adverbium संसक्तावत् — quod ad tempus relatum *confestim* significaret —

— ortum esset, quod tamen neque in lexicis neque in loco non ambiguo apud auctores huc usque inveni. Secutus sum igitur, quanquam non plane convictus, aliam a Schlegelio acceptam syllabarum sejunctionem, quâ संसक्त et वदन priora sint compositi elementa, et संसक्त (a सञ्ज् vel सञ्ज्) *compressus, clausus* significaret, id quod confirmatione adhuc indiget. Ultimam vocem Schlegelius legit आश्वासा, ego अश्वासा (ex अ et श्वास halitus cf. गतश्वास Sav. V. 17.). — संसक्तवदना et 'श्वासा verba etiam separari possunt.

Sl. 23. *a*. *Vaisravana* patronymicum est Cuvêri, divitiarum dei, cujus ministri Yacschi sunt.

Sl. 23. *b*. I. e. Cultus eorum, qui constanter Deos non colunt, et primus Diis oblatus cultus, cultus non appellandi sunt.

Sl. 28. *b*. लोष्टभिः a लोष्टन्, quod in lexicis non invenitur. Nil. explicat: लोष्टभिर् इति प्रयोगाद् एव लोष्टशब्दो नकारान्तो ऽस्ति.

Sl. 31. *b*. Cum significatio *durare* verbi अनुबन्ध् aliis locis non confirmetur, libenter Rosenio assentio, qui putat vocem अनुबध्नाति ad antecedens विधेः संरम्भो referendum et कुशलङ्ग tanquam accusativum, ab अनुबध्नाति profectum, esse accipiendum. Vertimus igitur: Eheu! *quae est* super me fati ira, ter-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0244

ribilis, magna, non conservat fortunam. Cf. Devimah. L. I. 22, 23. (edit Poleyi).

Sl. 34. *b.* Prioris editionis versionem correxi, adjutus simili constructione Brahma-Vaivarta-Purani, II. 106. *b.* apud Stenzlerum, qui ibi विच्छेदो हरिणा सह recte per «sejunctio ab Hare» vertit. Saepius voces sejunctionem exprimentes cum solo Instrumentali construuntur, qui per se ipsum etiam notionem *cum* exprimit.

Sl. 45. *b.* Tschat. et Par. सत्यवादिनः.

Sl. 51. *b.* प्रसादतलम् प्रसादोपरि ॥ Sic Nil.

Sl. 55. *b.* Tschat. et Par. सैरिन्ध्रीञ्; etiam sl. 73. सैरिन्ध्रीम्.

Sl. 56. *a.* यत्र सायङ्कालस् तत्र प्रतिश्रयो गृहं यस्यास् ताम् ॥ Sic Nil.

Sl. 57. *b.* स्म देवने। Sic Tschat.; Nil. सुदेवने; Par. च देवने.

Sl. 60. *b.* तम् एकवसनन् नगनम्। sic Nil. et Par; meliorem Tschat. lectionem in textum recipere neglexi hancce: तम् एकं व्यसने मग्नम्.

Sl. 61. *a.* स्वपामि, sic omnes codices.

LIBER DECIMUS QUARTUS.

Sl. 2. *a.* Sic Nil.; reliqui अथ शुश्राव मध्ये ऽगनौ शब्दम् भूतस्य कस्यचित्.

Sl. 6. *b.* मोक्ष्यसि proprie *liberaberis*, Futur. pass. est a मुच्, cum terminatione Parasmaipadi pro eadem Atman.

v. gramm. *r.* 493. Etiam praesens pass. radicis मोक्ष् esse potest, item pro मोक्ष्यसे.

Sl. 12. *a.* Simulatque *das'a* Nalus dixit, serpens eum momordit. *Das'a* enim et *decem* et *morde* significat.

Sl. 18. *a.* Par. शत्रुभ्यो दंष्ट्रिणो ऽपि वा.

Sl. 21. *a.* Urbs Ayôdhya, hodie Oude nominata, L. XXIV. sl. 28., Côsala appellatur.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

Sl. 6. *a.* योगम् उपायम्। Sic Tschat. schol.

Sl. 6. *b.* Scilicet *suvarni*, secundum Nil. *Suvarnus* quaedum auri mensura est. (Vide Amar.) Commentarii verba sunt: शतं शताः। शतानि। मासिकं वेतनम् दश सहस्रं सुवर्णा इत्य् अर्थः॥

Sl. 7. *b.* मयि मत्समीपे। Sic Tschat. schol.

Sl. 12. Aut prior aut alter semislôcus spurius videtur; optime, ut equidem puto, priorem ejicias, ita ut in antecedente linea cum cod. Par. pro वा legatur सा. Igitur: एवम् ब्रुवन्तं राजानन् निशायाञ् जीवलो ऽब्रवीत्। आयुष्मन् कस्य सा नारी याम् एवम् अनुशोचसि॥

Sl. 18. *b.* Ad verbum, fame-siti-affecta-membra *habens*.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

Sl. 4. *a.* अग्रहारांश् melius reddas per *possessiones* vel *agros*. Nil. originem hujus vocis explicat: अग्रम् ब्राह्मण-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0246

भोजनम्। तदर्थं ह्रियन्ते राजधनात् पृथक्क्रियन्ते ते ऽग्रहाराः क्षेत्रादयः I. e. अग्रम् significat Brahmanorum cibum, hujus (cibi) causâ sumuntur ex regis opibus *et* distribuuntur illi *Agrahâri* i. e. campi vel aliae hujusmodi res. — Tschat. legit अग्रहारञ् (sic etiam Par.) quod explicat per शासनम्. Hoc vocabulum praeter jussum, praeceptum, secundum Wilsonum etiam significat: «*A royal grant of land or of privileges, a charter etc. usually inscribed on stone or copper*».

Sl. 9. *b*. कारणैर् अभिज्ञानैः। उपपादयन् निरूपयन्। Sic Tschat. schol.

Sl. 12. *a*. Nil. secutus sum; reliqui पलाश pro विशाल.

Sl. 14. *a*. Lunam deficientem a Rahu daemone, serpenti postremo corpore simili, voratam mythologia fingit.

Sl. 14. *b*. शुष्कस्रोतान् नदीम्। sic Nil. et Tschat. Cf. ann. ad VIII. 4. Par. शुष्कश्रोतोनदीम् (श्रोतो pro स्रोतो).

Sl. 16. *a*. Tschat. गृहोपिताम्.

Sl. 21. *a*. केशान्त proprie comarum finis, in fine compositorum *bah*. saepissime pro simplici केश invenitur.

Sl. 26. *a*. Tschat. et Par. pro अहम् exhibent अयम् quod Tschat. per अहम् explicat.

Sl. 27. *a*. Tschat. et Ud. विमृष्य.

Sl. 34. *b*. वेत्थ, sic Tschat. Par. et Ud.; Nil. वेद, quod explicat per विचारय.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0247

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

Sl. 6. *b*. क्त्रो ऽभ्रेणे 'व, sic Nil.; Par. तनुत्रेणे 'व; Tschat. C. a. तनुभ्रेणे 'व, male pro तन्वभ्रेण; Tschat. Pu. तत्वभ्रेणे 'व (त् pro न्). Etiam in utriusque codicis commentario male scribitur तनुभ्रेण, quod medium habeatur inter lectiones तनुभ्रेण et तन्वभ्रेण; explicatur per ईषन्मेघेन.

Sl. 9. *b*. निभृतो। sic Nil.; reliqui पिहितो.

Sl. 35. *b*. प्रस्थिता: स्मे 'त्य ग्रथा 'ब्रुवन्। sic Tschat. et Par.; Nil. प्रस्थितास्ते तथा 'ब्रुवन्.

Sl. 41. *b*. I. e. Cur neque sustentas neque tueris uxorem.

Sl. 49. *b*. Verba ना 'धिजग्मुर् in prioris ed. versione reddidi per «non praeterierunt» i. e. urbes etc., Nalum quaerentes. Cum tamen haec significatio uno tantum nititur loco, Hid. I. 30. ubi ना 'धिगन्तुन् निद्राम्, si lectio est genuina, *somnum non praeterire* i. e. *somni participem esse* significat: nunc loco nostro ग्रधिजग्मुर् sensu *adierunt* i. e. *invenerunt* accipere malo (v. Gloss. rad. गम्).

LIBER DUODEVICESIMUS.

Sl. 2. *a*. मया नलम्, sic Nil.; reliqui दिवानिशम्.

Sl. 2. *b*. Cognomen Rituparni.

Sl. 3. *a*. महामते, sic Tschat.; Nil. et Par. महाजने.

Sl. 6. *b*. मिष्ट, sic Nil. et Ud.; Tschat. et Par. मृष्ट.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0248

Sl. 13. *b.* भवती, sic Tschat. et Par.; Nil. et Ud. भवति.

Sl. 16. *a.* प्रतिपद्येत ज्ञानीयात्, sic Tschat. schol.

Sl. 21. *b.* गरुहान्, sic omnes codices.

Sl. 23. *b.* कामग: fortasse heic avem significet, sicut कामचारिन् secundum Wils. est *passer* et nomen *Garudi*. Quod si ita est, सम्पतन् per *volans* sit reddendum, «volans veluti avis».

Sl. 25. *b.* सम्भावनीयस्, sic legendum esse censeo pro सम्भाविनीयस् vel सम्भाविनीयन्, सम्भावतीयन्, quod exhibent codices, primum Nil. et Par., alterum Tschat., postremum Ud. — Nil. explicat: सम्भाविनी सम्भाविता इयङ् गतिर् इति शेष:।

Sl. 26. *b.* Tschat. जीवन् मृतो ऽपि वा pro जीवति वा न वा, quod reliqui codd. exhibent.

LIBER UNDEVICESIMUS.

Sl. 8. *a.* सत्यं यद् अत्रा 'सत्यं वा, sic Tschat.; Nil. यद् अत्र सत्यं वा 'सत्यङ्; Par. यद् अत्रा 'तथ्यन् तत्यञ् च.

Sl. 12. *b.* Sic Tschat., Par. et Ud.; apud Nil. nisi fallor, deest.

Sl. 16. *b.* गन्तव्यम् (अस्ति) heic impersonaliter cum accusativo, quem verbum activum postulat, est positum, quâ in constructione hoc partic. fut. passiv. cum graecis Verbalibus in τέος — quod suffixum etiam formâ et origine cum Sanscrito तव्य est cognatum —

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0249

et latinis in *ndus* convenit. — Nota etiam compositum महद्ध्वानम् contra gramm. *r.* 681., sic in Râmâyano (ed. Bonn.) XXII. 11. महद्दावास.

Sl. 17. Sic Nil.; in reliquis codd. hic slôcus deest. Nil. etiam observat: श्लोकः क्वचिन् न दृश्यते.

Sl. 24. *b.* मोहयन्न् pro मोहयन्त, cf. annot. ad VIII. 12. *a.*

Sl. 26. *a.* ह्यानां सङ्ग्रहणं संयमनम्। Sic Tschat. schol.

Sl. 32. *b.* प्रक्न्नाश् चा 'पि नूपतः, sic Tschat. Par. et Ud.; apud Nil. legitur: शास्त्रोक्तौश् च निनूपणैः.

Sl. 33. *a.* Tschat. भवेत् तु et गात्रवैषम्यताम्; Ud. et Par. item भवेत् तु, sed cum Nil., quem secutus sum गात्रवैनूप्यताम् lego.

LIBER VICESIMUS.

Sl. 3. *b.* Lege ग्रहीष्यामि cum Tschat. et Par. (v. Gramm. *r.* 486.).

Sl. 11. *b.* पश्चीनम् ex पश्चन् et ऊन v. Gramm. *r.* 258. et euph. *r.* 67.

Sl. 12. *a.* Nil. secutus sum; reliqui codd. exhibent स्याद् अवप्लुत्य. Cf. 23. *b.* ubi lectiones non variant.

Sl. 31. Nil. शापाग्निर् दमयन्तीनिसृष्टः स विषनूपः। अनात्मवान् क्वदयश्न्यो मृत इत्य् अर्थः।

Sl. 32. *a.* Ad verbum, veneno-solutam-animam *habens*.

Sl. 39. *a.* In Par. legitur: कलिस् त्व् अन्येन ना 'दृश्यत् cum Parasmaipadi in passivo terminatione (v. gramm.

r. 493.) Codicum Tschat. et Ud. lectiones h.l. mihi desunt.

Sl. 42. *b.* सन्नोदयामास, sic Nil., reliqui: सञ्चोदयामास.

LIBER VICESIMUS PRIMUS.

Sl. 3. *a.* Nali equi, quos per Vârschnêyum aurigam Damayantia Cundinum miserat.

Sl. 7. *b.* Pro मेघनाद इवो 'त्सुकाः in Par. legitur, मेघोदयम् इवे "क्ष्य ह.

Sl. 14. *b.* क्लीववन् मम नैषधः, sic Nil. Par. et Ud.; apud Tschat. legitur: बलवान् मम सौहृदः — Nil. explicat: जितेन्द्रियत्वम् एवा "ह। रह इति। रहसि कर्तव्ये सुरतविषये नीचङ् कर्म पारदार्यादि तदनुवर्तन इति तदू अन्यः। अनीचानुवर्ती परस्त्रीषु क्लीव इत्य् अर्थः॥

Sl. 18. *b.* Par. स्थापयामासभ् रथम् lectio ad स्थापयामासत् रथम् intendit, quod receptae Nil. lectioni praeferendum. Reliquorum codd. lectiones mihi desunt.

Sl. 20. Sic Tschat. Par. et Ud.; apud Nil. quem in priori secutus sum editione inter semislôcum तम् भीमः etc. et अकस्मात् etc. leguntur versus hice: स तेन पूजितो राज्ञा ऋतुपर्णो नराधिपः। स तत्र कुण्डिने रम्ये वसमानो महीपतिः। न च किञ्चत् तदा 'पश्यत् प्रेक्ष्यमाणो मुज्जर मुज्जः। स तु राज्ञा समागम्य विदर्भपतिना तदा. — C. n. exhibet स्त्रीमत्त्वन् pro श्रीमन्तन्, de quâ lectione reliqui codd. inter se consentiunt.

Sl. 27. *a.* नै 'तद् एवम्। एतद् अस्मिन् काले। एवं विचार्य व्यसर्जयत्.

LIBER VICESIMUS SECUNDUS.

Sl. 3. *b.* Tschat. मे मनस्तुष्टिर् pro मनसस् तुष्टिर् codd. Nil. Par. et Ud. — Pro यथा च Pu. exhibet तथा हि.

Sl. 7. *b.* Ambiguae sunt duae priores syllabae, quum praeter तत् त्वम् *hoc tu*, etiam तत्त्वम् *veritatem* significare possint.

Sl. 8. *a.* Cognomen Rituparni.

Sl. 16. *b.* Tschat. et Par. चै 'तानि pro वै स्वानि.

Sl. 29. *a.* W. तथाविधम्. Fortasse तथागत et alibi एवङ्गत pro compositis sunt habenda, quae significent, sic constitutum, vel tali conditione affectum.

LIBER VICESIMUS TERTIUS.

Sl. 3. *b.* Par. संलक्ष्यन् ते.

Sl. 5. Sequitur in codd. slôcus hicce, यच् चा 'न्यद् अपि पश्येथास् तच् चा "ख्येयन् त्वया मम, quem spurium arbitratus ejeci, quia aptiorem slôcorum ordinem turbat, et, si sensum spectas, omnino superfluus videtur. Alterum inter sl. 9. et 10. *a.* a codicibus interjectum semislôcum omisi huncce: सङ्कटे ऽप्य् अस्य सुमहान् विवेो ज्ञायते ऽधिकः, quippe quem, ad antecedentia verba explicanda, insertum esse censuerim.

Sl. 5. *b.* In codicibus Par. et J. pro वै त्व अमानुषम् legitur दिव्यमानुषम्.

Sl. 6. *b.* Par. च यथान्यायम् pro 'थ हयज्ञस्य.

Sl. 12. *b.* Codices pro समादधात् contra grammaticam exhibent समादधत्. Nil. vocem सवितुस् tanquam Ablativum accipiens, explicat: सवितुः सकाशात् समादधत् उद्दीपितवान्. Tschat. सवितुस् explicat per आदित्यस्य, et समादधत् per समुषम् अकरोत्. Cod. Par. pro सवितुस् तं समादधत् exhibet समिधे समासज्जत्; sic nempe transscripsi et fortasse legi, pro समासज्जत्.

Sl. 15. *a.* क्रन्देने "क्या आवर्जितम् प्रवणीकृतम्.

Sl. 18. *b.* Tschat. चेष्टितसूचितम्; in receptâ lectione etiam pro चे 'ष्टाभिसूचितम् legi potest चेष्टाभिसूचितम्, ita ut prius compositi membrum sit substantivum चेष्ट, quod operam significare possit. Aptâ significatione autem caret कर्म चेष्टाभिसूचितम् *factum operâ praeditum*, quod praeterea nulla particulâ copulativâ cum antecedentibus verbis esset conjunctum.

LIBER VICESIMUS QUARTUS.

Sl. 14. *b.* Intendit Damayantia ad Nali verba: त्वयि भविष्यामि सत्यम् एतद् ब्रवी मि ते, L. V. 33. *b.* Scripsi igitur भविष्यामि cum Pu. H. et Par. pro भरिष्यामि quod

C.n. et C.a. exhibent. Varietas lectionum ex eo fluxit, quod litterae व et र bengalicâ scripturâ raro distinguuntur. Pro च in nonnullis codd. legitur त.

Sl. 16. *a.* Tschat. कृष्णसाराभ्याम् explicat per कृष्णताराभ्याम्, quod Par. in textu habet.

Sl. 19. *b.* Par. ज्ञानाव् इव समाहितः ।

Sl. 33. *a.* Significationem *super* quam voci परेण tribui, aliis locis nondum confirmatum vidi. Ceterum aliter eam Tschat. explicat, cujus verba sunt: परेण भुवनम् भुवनस्या 'द्रे भुवनान्तर इत्य् अर्थः. — Accus. भुवनं a verbo चरति *perambulat* profectus, et परेण adverbialiter positum esse potest.

Sl. 35. *b.* एते वा 'द्य, sic Tschat.; Par. एते चा 'द्य; Nil. एतद् देवास्. — Pro विब्रुवन्त, quod e Nil. retinui, melius legas cum Tschat. et Par. ते ब्रुवन्त.

Sl. 38. *b.* शतं योजनानी 'ति शेषः । Sic Tschat. schol.

Sl. 48. Partim Nîlacanthi partim Tschaturbhudschi et codicum sine scholiis lectiones in hoc slôco secutus sum. Cum Nil. lego महाराजः, quod Tschat., Par. et Ud. in vocativo exhibent (महाराज), qua scriptura अब्रवीत् ad Damayantim esset referendum, ita ut illa Bhîmo diceret: Magne rex! purificatum Nalum cras videbis. Explicat enim Tschat. vocem द्रष्टा per द्रक्ष्यसि, quod tamen grammaticae repugnat, quia, ubi nomin. part. fut. in त ad aliam

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0254

quam tertiam refertur personam, hoc per adjunctum pronomen indicetur necesse est (v. annot. ad Gramm. n. 460.). Melius igitur दृष्टा, si ad secundam pers. est referendum, explicaveris per दृष्टा भवान्, sicut in Dev. loco supra laudato (p. 206.) भवेताम्, si lectio est genuina, positum est pro भवेताम् भवन्तौ. In antiquioribus tamen libris hujusmodi ellipsin me invenire non memini. Quid denique, si दृष्टा est pro दृष्टा भवान्, feceris de कृतशौचमहम्? Compositum esset satis ineptum, elementa continens कृत *factus*, शौच *purificatio* et मह, quod inter alia *lumen* vel sacrificium significare dicitur; vertendum esset igitur, *factâ purificatione et lumine*, vel *factae purificationis lumine praeditum*, vel aliter si aliam quampiam voci मह adscriptam notionem praetuleris. Omnis vero difficultas removetur, ubi, separato अहम् ab antecedentibus syllabis, istoque pronomine relato ad दृष्टा, probaveris, pro Tschat. et reliquorum codd. lectione महाराज, illam Nil. महाराजः. — Pro दृष्टा Nil. exhibet दृष्ट्वा, ita ut, qui ejus sequeretur auctoritatem, non minus quam Tschaturbhudscho confidens, verba कृतशौचमहम् tanquam compositum accipere deberet. Male praeterea sequenti narrationi respondet interpretatio «*splendidum* (vel purificatum) *Nalum*

mane tuitus.» Pro कृतशौचमहन् in W. legitur कृतशौचमलम्. Adverbium कल्यम् a Tschat. explicatur per प्रातर्, a Nil. per प्रभातम्; ut equidem puto id heic significat vel *cras mane* vel solum *cras*.

Sl. 51. *a*. Scil. a tempore, quo regnum perdidit.

Sl. 51. *b*. Ad verbum, bene-perfectas-res *habens*.

LIBER VICESIMUS QUINTUS.

Sl. 1. *b*. Par. कल्यन् pro काले.

Sl. 2. *b*. Nil. ततो ऽनु pro तस्या 'नु.

Sl. 6. *b*. Pro स्वलङ्कृताः, quod e Nil. recepi, melius cum Par. legas कृतास् तदा. Tschat. lectio h. l. mihi deest.

Sl. 7. *a*. I. e. ad omnes portas. — पुष्पभङ्ग a Nil. per पुष्पसम्मर्द, a Tschat. per कुसुमसमूह explicatur.

Sl. 9. *b*. सम्मितः; sic Nil., reliqui सम्मतः.

Sl. 10. Omisi sequentem semislôcum, qui apud Nil. inter स सत्कृतो etc. et दिष्ट्या est interjectus, in Par. autem deest: उवाच वाक्यन् तत्त्वज्ञो नैषधं वधतां वरः.

Sl. 11. *b*. Accus. अज्ञातवासं heic sicut XV. 20. *b*. adverbialiter est positus (vide gramm. *r*. 683. 2)).

Sl. 12. *a*. अब्रुवा 'पि, sic Nil., reliqui अब्रुवानि.

Sl. 16. *b*. उपाकर्तुम् दातुम्॥ Sic Nil.

Sl. 18. Superfluus mihi videtur et aptam slôcorum dispositionem turbans semislôcus, quem codd. inter गृहीत्वा etc. et सूतम् etc. inserunt: निषधाधिपतेश्

चा 'पि दत्त्वा 'क्षहृदयन् नृपः। — jam enim in L. XX. 30. narratum est, Nalo Rituparnum talorum scientiam tradidisse.

LIBER VICESIMUS SEXTUS.

Sl. 2. *a*. Lege षट्शतैस् tanquam compositum, et nota adjectivum vocis शत usum; cf. ann. ad sl. 25. *b*.

Sl. 6. *b*. पणावहे, sic omnes codd., fortasse vitiose pro पणावहै.

Sl. 13. *a*. ऽस्य महाभुज, sic Nil.; reliqui ऽरिनिवर्हण.

Sl. 15. *a*. Nîlacanthum secutus sum; nunc tamen Par. lectionem praetulerim hancce: देवने च मम प्रीतिर् अभवन् न सुहृद्गणैः «in ludo enim mihi gaudium non erat cum amicorum turbis» (i. e. ludenti cum amicis etc., quia tecum ludere cupiebam). Sic etiam Tschat. Pu., excepto देवने न male pro देवने च. Reliquorum codd. lectiones mihi desunt.

Sl. 25. *b*. शरदां शतम्, sic Tschat., Nil. शरदः, Par. et Ud. सञ्जीवस्व शतं समाः. Cf. annot. ad sl. 2. *a*.

Sl. 37. *a*. स राजसु, sic Nil. et Ud.; Tschat. et Par. erhibent च pro स.

Sl. 38. *a*. *Dschambudvîpa*, sic in *Purânis* India nominatur.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0257

CORRIGENDA

Pag. 53. sl. 30. *a.* pro 'त्थ lege "त्थ
- 58. - 21. *b.* pro मद्धे lege मध्ये
- 99. - 39. *b.* pro यान् lege यन्
- 108. - 12. *b.* pro अन्तरधायत lege अन्तरधीयत
- 113. - 9. *b.* pro श्लीकम् lege श्लोकम्
- 116. - 4. *b.* pro चेत् शक्याव् lege चेच् क्याव्
- 151. - 32. *b.* pro ऐ.. lege ऐ..
- 160. - 30. *b.* pro स्वयं lege स्वयञ्
- 180. - 31. *a.* pro महीपत lege महीपते
- 180. - 31. *b.* pro किचित् lege किञ्चित्.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0258

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/ros.dok/ppn1963234162/phys_0263

IN.

Universitäts Bibliothek
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1963234162/phys_0264

CORRIGENDA.

Pa[illegible] pro 'त्थ lege "त्थ
- [illegible] pro मद्ये lege मध्ये
- 9[illegible] यान् lege यन्
- 108. [illegible]न्तरधोयत lege अन्तरधीयत
- 113. - [illegible]कम् lege श्लोकम्
- 116. - 4[illegible]क्याव् lege चेच् छक्याव्
- 151. - 32.*b* [illegible] ऐ..
- 160. - 30.*b*. [illegible]स्वयञ्
- 180. - 31.*a*. pr[illegible]सहीपते
- 180. - 31.*b*. pro [illegible]ञ्चित्.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1963234162/phys_0265